

tialium. Secundus Monialium viventium cum eisdem tribus votis. Tertius ordo est, in quo sunt homines continentes viventes in saeculo de quo cum multis remissive Ximen. in concordatis, p. 1. & 2. nisi velis dicere, ut vulgo dicitur quod primi sunt Capucini discalceati tam Franciscani, quam Carmelita, secundi sunt observantes, Tertii sunt isti continentes viventes in saeculo.

Ximenes.

Barbosa.

Dicuntur autem de poenitentia, quia ut ex D. Bonaventura explicat Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 1. cap. 4. num. 178. Quia sic poenitentia est via communis ducens ad caelum homines cujuscunque gradus, conditionis, in quocunque statu, sive coelibatu, sive in Eremito, sive in saeculo; sic hic facit tertius ordo, omnes cujuscunque status, & sexus, Clericos, & laicos, virgines, & viduas, ac conjugatas utriusque sexus ducit ad caelum. Vel insigniter dicitur de poenitentia, tanquam quid magnum, ac mirabile, quod austeritas poenitentiae viget in hominibus saecularibus degentibus inter mundanos tumultus, ac delicias temporales. De se ait Regius Vates: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Psalm. 118. n. 62. O praclarissime Propheta quid magnum dicis de te; nonne etiam media nocte multi in Templo praevigilabant ad Dei laudes; nonne etiam multi Monachorum coetus contempro somno hoc ad Dei gloriam praestant? Maxime quidem. Hoc tamen inter Religionis disciplinam, & Templi observantiam, & David ait Incognitus noster: Media nocte surgebat inter regales delicias. Et si multi Religiosi, ac Anachoretae in rigida poenitentia vivunt; tamen valde superexcellens, quod saecularis inter mundanos fastus, ac oblectationes ipsam teneat, & observeat; & inde isti Tertiarum dicuntur de poenitentia, tanquam quid valde magnum, ac insigne.

Psalm. 118.

QUESTIO II.

Tertiarum in quanta sunt differentia; & an eorum vivendi modus possit dici Ordo vel Religio?

SUMMARIUM.

- 4 Primi Tertiarum, qui sub certa regula approbata a Sede Apostolica emittunt tria vota, sunt vere Religiosi.
5 Non vero Tertiarum in secundo modo.
6 Nec etiam Tertiarum, qui vivunt in suis domibus.
7 Tamen optime de eis dicitur, quod sint ordo, & analogice Religio.
8 Multum distant a confraternitatibus.
9 Cum hoc tamen stat, quod Tertiarum simpliciter, & absolute sunt persona saeculares.
10 Possunt tamen dici aliquo modo persona Ecclesiastica.

Tertiarum in triplici sunt differentia. Primi sunt, qui tria vota essentialia Religionis emittunt sub obedientia, & jurisdictione Praelatorum, sub certa regula appro-

bata a Sancta Sede Apostolica, & sunt vere, & proprie Religiosi, approbati a Leone X. anno 1521. Bulla Inter cetera, qua est 42. hujus Pontificis, Pius V. anno 1568. Bulla eadem est. Sixtus V. Clemens VIII. & alii Pontifices. In qua Religione floruerunt Viri eminentissimi in omni virtute, sanctitate, ac literis.

Leo X.

Pius V. Sixtus V. Clem. VIII.

Alii sunt Tertiarum in secundo genere, qui emittunt tria essentialia vota Religionis, non sub aliqua Regula, aut Religione approbata, sive in communitate, sive privatim vivunt, nec est vera Religio, nec sunt vere Religiosi, quia ad essentialia status Religionis requiritur vivendi modus cum tribus votis essentialibus sub certa regula approbata a Sancta Sede Apostolica, ut colligitur ex cap. unico, de voto, & voti redemptione, in 6. cap. unico, de voto, & voti redemptione, in 6. Ita Navarrus Commentar. 1. de Regular. super cap. Cui porio, num. 18. & in Concilio lib. 3. de Regular. Concilio mibi 12. Miranda in manuali, Pral. tom. 1. q. 36. art. 3. Sanchez in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 1. n. 19.

5.

Cunicum. Navar.

Miranda. Sanchez.

Alii sunt Tertiarum, (sed quibus hic principaliter est sermo) qui nec tria vota essentialia Religionis emittunt, nec in communitate, aut collegialiter sub alicujus obedientia vivunt, sed in propriis domibus quadam proportionem servant regulam Carmelitarum, sancti Francisci, sancti Dominici, & esto maxime foeminae, in domo aliqua habitent, & faciant votum simplex castitatis, vel obedientiae, ut in multis receptaculis visitur in hac civitate. Et tales tam viri, quam foeminae non sunt vere Religiosi, cum tria substantialia vota (ex quibus Religio constat) promittant. Ita praeter Auctores proxime citatos in propriis terminis hujus quaestionis Casarrubius in Compendio, verb. Tertiarum, Rodriguez tom. 3. quaest. 72. art. 2. Glossa in Clementina 3. cap. Ex eo, de sententia excommunic. & Glossa in Clement. de Religiosis domibus, in 6. Glossa verb. Obedientia.

6.

Casarrub. Rodrig.

Glossa.

Cum hoc tamen stat, quod bene, & optime potest dici Ordo, & approbatus ab Ecclesia, hoc enim nomen ei attribuunt Romani Pontifices, & maxime Nicolaus I V. Tertiarum Ordinis Minorum, Innocentius V I I. Tertiarum Dominicanorum, Martinus V. Servitibus Eugenius I V. & Martinus V. Tertiarum Augustinianorum, Sixtus IV. Tertiarum Carmelit. Julius I I. Tertiarum Minorum. Et ratione probatur. Quia Ordo prout in praesenti sumitur, significat ordinatum modum vivendi, sub certa regula, ac caeremoniis, quae omnia recte congrunt tali modo vivendi, cum sit sub certa regula cum professione, ac Religiosis caeremoniis. Ita Carillus lib. 3. de Tertiarum, c. 5. Portellius in dub. Regular. Tertiarum, num. 4. & me citato M. Lezana tom. 2. cap. 14. num. 7. qui etiam hi duo ultimi Auctores notant, quod late, & improprie potest dici Religio, prout quendam analogicum, ac similitudinarium modum vivendi Religionis cum certa regula, ac votis participant.

7.

Nicol. IV. Innoc. VII. Martin. V. Eugen. IV. Martin. V. Sixtus IV.

Carill. Portel. Lezana.

Et quamvis confraternitas sit nomen valde magnum, & honorificum, dicit enim viros congregatos fraternam charitate, in Dei obsequio, B. Virginis, ac Sanctorum; tamen Tertiarum multum ab eis differunt: nam etiam aliquae

aliquae confraternitates suam institutum, seu compromissam, ut vulgo dicitur, habeant approbatam a Sede Apostolica, hoc tamen est sub nomine statuti, ac Tertiarum sub nomine regulae, quod est quid nobilius, ac excellentius, Deinde Tertiarum postquam habitum assumpserunt, elapso anno emittunt professionem cum votis saltem observandi communia praecipua, & cum aliis observantiis, ac caeremoniis; & multi Tertiarum, ac Tertiarum portant exterius habitum oblongum, quae omnia maxime distant a vivendi modo confraternitarum. Et de Tertiarum tanquam quid distinctum a confraternitatibus loquuntur Pontifices, ut Julius I I. in Bulla praeceteris de Augustinianis; & de eisdem Leo X. in Bullario Augustinianorum in Leone num. 1. & sic communiter loquuntur omnes Auctores cum de Tertiarum, ac Confraternitatibus agunt.

Julius II. Leo X. Bull. Aug.

Cum hoc tamen stat, quod Tertiarum simpliciter, & absolute dicendi sunt persona saeculares, & non Ecclesiasticae, ita supponunt Pontifices, dum praedictos Tertiarum Congregationem, seu Ordinem saecularium, seu laicorum appellant. Paulus I I. in Bulla Exposit vestre; & Leo X. in Concilio Lateran. in Bulla, Dum intra mentis data in publica sessione Lateran. die 19. Decembris anno 1516. de Tertiarum sic loquitur. Fratres autem, & sorores tertii Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pinzochera, Cordolati, & alii quocunque nomine nuncupati in propriis domibus habitantes, sepulturam ubi voluerint eligere valeant; sed die Paschalis tantum, Eucharistiam, necnon Extremam Unionem, ceteraque Ecclesiastica Sacramenta (poenitentia Sacramento dimittatur excepto) a proprio sacerdote recipere; & ad opera, quae laicis incumbunt, perseveranda teneantur, ac in foro saeculari coram iudicibus saecularibus convenire possint. Quod etiam declaravit Sacra Congregatio Concilii ann. 1608 Quod maxime explicat Casarrubius in Compend. Privileg. Minorum verb. Tertiarum num. 24. §. Quoad primum gradum.

9.

Paulus II. Leo X. Conc. Latr.

Congreg. Casarrub.

10.

Quo etiam non obstante, dicitur Tertiarum aliquo modo, & secundum quid, possunt dici persona Ecclesiasticae, sicut & late significatione, ac analogice persona Religiosa ut dictum est, illos enim, personas Ecclesiasticas appellare videtur Sixtus I V. in Bulla pro Tertiarum Dominicanorum eumta, & incipit Sacrosancta apud Confectum in Collectanea literar. Apostol. & Privileg. Regular. in Sixto I V. num. 8. Tum etiam quia praedicti Tertiarum maxime sunt annexi Ordinibus a Sancta Sede Apostolica, & ab eadem Sancta Sede habent regulam approbatam confirmatam cum votis, & Pinzochera, seu Beate exterioris habitum regularem portant, Ita Rodriguez tom. 2. quaest. 64. art. 5. cum Suario, & aliis, Lezana tom. 2. Regular. cap. 15. num. 15.

QUESTIO III.

Quanam Religiones habent Tertiarum?

SUMMARIUM.

- 11 S. Franciscus primò instituit Tertiarum.
12 Patres Dominicani habent Tertiarum instituente S. Dominico.
13 Patres Augustiniani habent Tertiarum utriusque sexus.
14 Carmelita habent Tertiarum utriusque sexus.
15 Servita B. Virginis habent Tertiarum.
16 Religiosi Minimi Sancti Francisci de Paula habent Tertiarum.
17 Religiosi Tertiarum habent etiam Tertiarum saeculares utriusque sexus.

Hanc facultatem recipiendi, ac admittendi Tertiarum habent Ordines Mendicantes, & primò Sanctus Franciscus, hujus sacri Ordinis Patriarcha instituit Fratres, & sorores hujus Ordinis de poenitentia anno 1212. Eius regulam praescripsit Nicolaus I V. anno 2. sui Pontificatus in Bulla supra mentionem, quam adducit Casarrubius in fine Compendii Privilegiorum Mendicantium, folio mibi 563. & habetur in Bullario inter Bullas hujus Pontif. num. 2. Hanc regulam explicat Abbas Caramuel tom. 1. Theologiae fundamentalis in quodam Tractatu ad finem. Postea vero aliae Religiones ad ejus imitationem, etiam Tertiarum instituerunt, ac habuerunt, & Ecclesia dum canit de Sancto Francisco. Tres ordines hic ordinat. Intelligit quod ipse fuit primus, qui hos tres Ordines ordinavit, ac instituit, de hoc videndus est Corduba in Annotationibus ad Compendium Privilegiorum Mendicantium.

11.

S. Francisc.

Nicol. IV.

Casarrub.

Caramuel.

Ecclesia.

Corduba.

Patres Dominicani habent Tertiarum, Fratres, & sorores de poenitentia, cum facultate plena eos recipiendi, ac ad Professionem admittendi, imò ipsorum Patriarcha S. Dominicus hunc tertium Ordinem Tertiarum cum magno fructu spirituali instituit, ut testantur S. Anton. 3. histor. tit. 2. c. 14. §. 2. Rodrig. tom. 1. q. 72. art. 2. Corduba in Annot. ad Compend. Mendicant. §. Quoad ultimum notabile. Imò Innoc. VII. Sedis Apostolicae Quae est unica in Bullario Laertii, tom. 1. Regulam pro fratribus, & sororibus Tertiarum Sancti Dominici apponit, & approbat. De his Tertiarum Dominicanis mentionem faciunt Bonifacius VIII. Eugenius IV. Martinus V. Sixtus IV. ut refert Fr. Josephus a S. Maria praxi Regul. lib. 3. cap. 4.

12.

S. Dominic.

S. Anton. Rodrig. Corduba.

Innoc. VII.

Bonif. VIII. Eugen. IV. Martin. V. Sixtus IV.

Sixtus IV.

Patres Augustiniani habent facultatem admittendi, ac recipiendi Tertiarum ad instar Mantellatarum, seu Pinzocherarum Ordinum Minorum, ac Praedicatorum, ut eis concessit Bonifacius I V. Eugenius IV. Martinus V. quas Bullas refert M. Lezana in eorum Patrum mari magno Bulla 41. 42. 43. Et idem habetur ex Sixto in eorum mari magno Constitut. 5. Advertit Rodriguez tom. 3. q. 72. art. 3. se non invenire in Privilegiis

13.

Bonif. IV. Eugen. IV. Martin. V. Lezana. Rodrig.

Rodrig.

Eremita



Eremitarum S. Augustini, ac Carmelitarum facultatem ad recipiendos Tertiarios utriusque sexus, sed solum feminas; ac de Carmelitanis contrarium expresse constat, ut clare dicam questione sequenti, & de Patribus Augustinianis etiam aperte constat ad recipiendos viros in Tertiarios. Nam Paulus II. anno 1470. Generali, ac Provinciali, seu Prioribus Congregationis dictorum Patrum Augustinianorum Lombardie in Bulla: *Expedit vestra*, concessit facultatem exhibendi viris Mantellum, seu habitum Mantellatum nigri coloris secundum habitum Fratrum ejusdem Ordinis, ad instar Mantellorum aliorum Ordinum, refert Confectus in collectanea *literarum Apostolicarum in Paulo I. & idem etiam habetur apud eundem Confectum ex Mari Magno in Sixto IV. num. 21.* Et constat etiam ex Leone X. in quadam Bulla data in Concilio Lateran. de qua supra questione 2. num. 9. ex alia Bulla ejusdem Leonis, quae refertur *quest. sequenti, num. . .* Hi Tertiarii Augustiniani habent regulam applicatione quadam desumptam ex regula ipsorum Patrum.

Paulus II.

Confer.

Leo X.

14.

15.

Leo X.

Confer.

Martin.

16.

Julius II.

Peirini.

Leo X.

Miranda.

17.

Leo X.

Bordon.

Nostri Patres Carmelita habent plenariam, & amplam facultatem ex concessione Apostolica admittendi, & recipiendi ad habitum predictos Tertiarios fratres, & sorores Tertii Ordinis de Penitentia, communicando eis proportione servata, ipsorum regulam, ac multa privilegia de quo late, & aperte questione sequenti, & de his fuit mihi peculiaris questio.

Servitae etiam B. Virginis habent Tertiarios, tam fratres, quam sorores, & hoc de Tertiariis utriusque sexus concessit Leo X. in Bulla: *Dudum per nos*, anno Domini 1519. ubi servitas inter Fratres Mendicantes annumerat quoad personas utriusque sexus de penitentia, & esse aequales in omnibus privilegiis. Confectus in *collect. literarum Apostolicarum Mendicant. in Leone X. Bulla 18.* & ida parte constat ex Martino V. in Bulla, *Sedis Apostolica*, quae habetur in *Appendice ad Bullarium inter constitutiones hujus Pontificis num. 1.* Ubi approbat, & confirmat regulam pro fratribus, & sororibus Tertii Ordinis servarum B. Virg. Mariae.

Religio etiam Minorum S. Francisci de Paula habet Tertiarios utriusque sexus, ut constat ex Julio I. in Bulla: *Dudum ad sacrum*, anno 1506, & habetur apud Peirinum *tom. 1. Privileg. Minorum*, & eorum professionis forma ab eodem Julio II. approbata, ac confirmata, ut habetur apud eundem Peirinum *citato loco*; idemque habetur ex Leone X. in Bulla, *Eaque*, anno 1513. apud eundem Peirinum *inter Bullas*, Leonis *num. 1.* Miranda in *tom. 1. quest. 36. art. 2.*

Veri etiam Religiosi tertiarii, de quibus dixi supra, etiam habent facultatem faciendi tertiarios, & tertiarias ut patet ex Bulla, Nicolai IV. quae incipit: *Super montem*, & ex Leone X. ubi regula ipsorum Patrum accommodatur ipsis tertiariis saecularium in suis domibus viventibus. Ita Bordon. *tom. 2. Resol. 58. num. 29.* Et cum ipsi Patres Religiosi tertiarii inciperent facere tertiarios personas utriusque sexu-

in hac civitate Ulyssipponensi, quidam Religiosi contra eos sese opposuerunt, quod sine debita facultate talia facerent, cum res esset deducta ad Dominum collectorem pro ipsis Patribus tertiariis Apostolica sententia promulgata est. quod verè, & legitime habebant facultatem admittendi, ac recipiendi tertiarios utriusque sexus.

Sententia Apostolica.

QUESTIO IV.

Patres Carmelita habent plenariam facultatem Apostolicam instituendi, ac recipiendi Tertiarios utriusque sexus.

SUMMARIUM.

- 18 Controversia quae dedit occasionem huius questionis.
- 19 Refertur ad verbum amplum Indultum Sixti IV.
- 20 Notandum, quod quatuor dicuntur personae utriusque sexus.
- 21 In concessione privilegiorum, privilegium ad instar est in optima forma, & numero 22. & 23.
- 22 Probatur secundo ex indulto à Leone X. concessio.
- 23 Probatur tertio ex gravissimis Doctoribus.
- 24 Ponitur Sententia Apostolica pro Carmelitanis, & 27.
- 25 Refertur Appellatio, quae fuit deserta, de relicta, ac inuisit judicata unde, in suo robore & firma manet predicta sententia.

UT jam dixi in limine huius questionis, *num. 1.* olim existit aliquis controversia cum tertiariis certae Religionis, quae fuit occasio edendi hunc tractatum. Et quod Patres Carmelitani habent Apostolicam facultatem instituendi, ac recipiendi ad habitum tertiarios tam viros, quam feminas, aperte, & clare patet ex Bulla Sixti IV. *Dum attenda*, quod est Mare Magnum nostrae Religionis datum Romae apud sanct. Petrum anno 1476. Cal. Decembr. & habetur authentica in conventu nostro Transpontinae. & in hoc Conventu Ulyssippon. & ita habet in haec verba, *num. 83. & 84.*

Statuentes praeterea Apostolica auctoritate, & praesentium tenore concedentes, quod de cetero perpetuis futuris temporibus tam Magistro Generali, quam e ilibet dicti ordinis officiali ac Prioribus, dicti ordinis, secundum morem, & statuta ejus ordinis, in quibuscunque Provinciis constitutis, tam praesentibus, quam futuris, sit licitum, ac permissum, quascunque mulieres, & utriusque sexus, personas si alias sint idoneae, & aliud canonicum non obstat, quae habitum regularem predicti ordinis ad instar Mantellatarum, seu Pinzochararum, aut fratrum de penitentia Tertii ordinis, ordinum fratrum Minorum, & Praedicatorum, nec non Heremitarum S. Augustini habere voluerit, & gestare, tam virgines

ac matronas, quam viduas, ac Mantellatas, seu Pinzocharas, & utriusque sexus personas dicti ordinis Carmelitarum recipere, & admittere; ac earum singulis habitum regularem, ac regulam ejusdem ordinis Carmelitarum, ad instar hujusmodi Mantellatarum, seu Pinzochararum utriusque sexus ordinum, & utriusque sexus personarum Ordinum Fratrum Minorum, & Praedicatorum, nec non Heremitarum S. Augustini praefatorum, prout secundum Deum salutem animarum earundem personarum, salubrius visum fuerit expedire, & etiam exhibere; quae sic recepta, & in posterum recipienda, auctoritate praefata gaudeant, & gaudere possint, & debeant tam exemptionis privilegii, quam omnibus immunitatibus, libertatibus indulgentiis, & aliis privilegiis quibuscumque praefato Ordini Beate Mariae Dei Genitricis de Monte Carmelo, ejusque fratribus, ac personis, per Sedem Apostolicam jam concessis, & quae in posterum concedentur.

20.

Rodrig.

Nicol IV. Leo X.

21.

Extravag. L. Omnia. L. Instar. Suar.

Baldus.

Navar.

22.

In quo indulto tria maxime notanda sunt, Primo, quod illo quadrupliciter repetitur, utriusque sexus personas. Unde valde mirum quod Sapientissimus Emmanuel Rodrig. maxime versatus in Privilegiis Regalarum, cui omnes Religiones multum debent, *tom. 1. quest. 62. art. 2. §. Circa quas*. Dicit se non invenire in privilegiis Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum habere, Tertiarios utriusque sexus, sed solum feminas, cum aperte contrarium constet ex predicto indulto Nicolai IV. & etiam constabit ex Leone X. statim referendo. Secundo ait Pontifex, ut hujusmodi Tertiarii Carmelita valeant eis dare, *Regulam, & habitum regularem Ordinis Carmelitarum*; de quo infra.

Tertio: Quod hoc privilegium concessum à Summo Pontifice est ad instar Fratrum de Penitentia tertii Ordinis Fratrum Minorum, Praedicatorum, &c. Et haec forma concedendi privilegium ad instar, est optima forma in concessione privilegiorum, nam per illud concedit Pontifex Patribus Carmelitanis, ut habeant tertiarios, eodem rigore, ac proprietate, ut sunt tertiarii S. Francisci, & inde hoc privilegium ad instar, appellatur privilegium per aequalitatem, ac equiparantiam in omnibus, cum eo ad ejus similitudinem, ac imitationem conceditur, quod est ejus exemplar, ut colligitur ex Extravaganti *Quemadmodum, de penitentia*; & ex l. *Omnia Codice de Episcopo, & Clerico*; & ex l. *Instar, C. de jure fisci, lib. 10. Suar. lib. 8. de legibus, cap. 15. num. 2.* ubi ita habet: *privilegium ad instar*, significat propriam, & adequatam similitudinem, ut mensura ad mensuratum: & concedit omnem favorem, & gratiam formaliter contentam in suo exemplari, & in eodem sensu, in quo in suo exemplari continetur, & cum eadem extensione, Baldus citatus *leg. Omnia*. Ubi ait quod quando uni universitati, v. g. Conimbricensi, conceditur privilegium ad instar universitatis Salmanticensis; quod inde in omnibus aequalis est illi; & Navar. in *commentario de Jubileo*, notat. 26. n. 2. ait, quod Jubileum ad instar anni centesimi, tale Jubileum in omnibus est aequale cum Jubileo anni centesimi.

Et tandem privilegium ad instar impotestativa Opuscula.

tar, & fortitur eundem, & parem effectum cum aliis, ad quae adaequatur, & quae in priori exemplari continetur, censetur in secundo privilegio repetita, Ita Felinus, Abbas, Parisiensis, Card. Tuschus, Glossa, Mendoc. Tiraq. Me. noch. quos citat, & sequitur Barbola *tract. varii clausula*, s. Ergo cum Summus Pontifex concedit Patribus Carmelitanis, ut habeant fratres, & sorores tertii Ordinis, de Penitentia ad instar Fratrum Minorum, ac Praedicatorum, concedit ut tales tertiarios, habeant, eadem proprietate, ac aequalitate, & paritate, ac predicti Patres Praedicatorum, ac minores habent.

Felinus. Abbas. Parisiensis. Tuschus. Glossa. Mendoc. Tiraquel. Menoch. Barbola.

Probatur etiam secundo ex indulto Leonis X. ut refert Confectus Bulla 17. quae incipit: *Dudum per nos*. Et ita habet: *Favores, immunitates, privilegia, indulta tam spiritalia, quam temporalia, quae Praedicatorum, Minorum, Heremitarum sancti Augustini, ac Carmelitarum, in eorum domibus, & Ecclesiis, non solum Generalibus, Provincialibus, Fratribusque & sororibus, necnon Monialibus, & conversis, oblati, ac utriusque sexus personis de penitentia, seu tertio habitu nuncupatis, à dictis praedecessoribus aut à nobis, ipsisque successoribus concessa fuerunt, ac in posterum concedentur, illa omnia communicamus, & communia fuisse & esse volumus*. Ubi Pontifex manifeste supponit dari tertiarios in quatuor Ordinibus Mendicantibus, quos expresse nominat Praedicatorum, Minores, Augustinos, Carmelitas Utriusque sexus personis de penitentia, seu tertio habitu nuncupatis.

23.

Leo X.

24.

Ex quo dato, & non concessio, quod Religio Carmelitana non habuisset peculiaria indulta Apostolica ad admittendos, ac recipiendos tertiarios, esto erat quod aliae Religiones haberent facultatem ad eos recipiendos. Suppono ut certissimum, inter Religiones mendicantes dari motum privilegiorum communicationem, proindeque Religio Carmelitana participat de omnibus privilegiis, & indultis concessis omnibus aliis Religionibus, ut constat ex indulto Sixti IV. Leonis X. Gregorii XV. Pii V. Julii II. Julii III. Pauli IV. ut videre est apud Rodriguez *tom. 1. quest. 55. art. 1. tom. 2. quest. 46. art. 4.*

Sixtus IV. Gregor. XV. Pius V. Julius II. Julius III. Paul. IV. Rodrig. Miranda.

Probatur tertio, testimonio gravissimorum Auctorum, qui expresse asserunt Religionem Beatissimae Virginis de Monte Carmelo habere Ordinem tertiariarum. Ita Miranda, *tom. 1. quest. 36. art. 2. concl. 2.* Ita habet Augustiniani, & Carmelitani, similiter suos habent tertiarios, quos etiam communi vocabulo, vocat de Penitentia. Corduba verb. *Tertiarii in suis annotationibus in penultima linea ait, De Carmelitis similiter*; quod habeant suos tertiarios patet, Cartagena *tom. 3. lib. 17. §. Tandem post medium ait: Missos facio sanctos, & sanctas ex Ordine tertiariarum*, scilicet Carmelitarum Eduardum Regem Angliae, & Principem Dom. Alphonsum de Lacerda; & alios, quos deinceps numerat Collector Privilegiorum *sub titulo tertiariarum*, ponit etiam Carmelitas, adactis verbis Sixti IV. Sylvester Maurilius Abbas Cisterciensis in *historia nuncupata Mare Magnum Religionum*, lib. 4. ubi argens de

25.

Miranda.

Corduba.

Cartagen.

Collector.

Maurili.

H h tertiariis